

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Antidotorvm Evangelicorvm D. Thomæ Stapletoni, S. Theol. Doctoris, & in
Academica Louaniensi S. Script. Professoris Regij, Pars Altera - In
Sacrosanctum Euangeliū secundūm Ioannem

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

27. Noli esse incredulus, sed fidelis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39480

tursum damnat seipsum, qui alio in loco conuersionem
panis in Christi corpus idcirco reiicit, *Quia* (inquit) *nullus in Institutio-*
terris oculus huius mutationis testis est. Ita non credit, nisi vi- lib. 4.c.8.
derit. Addit hoc sensuale iudicium *omnibus accidere*, qui ita num. 13.
sibi addicti sunt, ut verbo Dei locum non relinquant. Atqui 3.
vniam Calvinum in omnibus hodie dogmatibus controuer-
sis sic vni sibi addictum esse, ut verbo Dei locum non relique-
rit, innumeræ diuini verbi corruptelæ, quas in hoc solo opere
Euangelico repurgauimus, ad oculum lectori demonstrarunt.
Sensuale igitur iudicium quod nihil fidei affine habeat, ad
omnes Scripturas intelligendas adfert Caluinus. Omnia 4.
Patrum & veterū interpretum iudicia ex alto despicit; suum
vnius omnibus anteponit. *Sic ingenij sui lasciuiam minime*
cohibendo, sed sibi plusquam fas erat in repugnando permit-
tens, prorsus extincto pietatis sensu, fidei ianuam sibi præclusit,
innumeris hæresibus cordis sui ianuam patet fecit; & quæ alij
irruerent viam commonstrauit. Ex ore suo scipsum iudica-
uit seruus nequam.

27. *Noli esse incredulus, sed fidelis.*

Obseruāt hoc loco Catholici interpretes libertatis ad cre- Liberae
dendum vel non credendum perspicuum argumentum. arbitrij hu-
Cæteris Apostolis viso Christo credentibus, noluit Thomas mani ad
credere quia non viderat. Christus ex magna misericordia credendum
eius incredulitatem sanare volens, se illi videndum exhibet, vel nō cre-
& argumentum seu medium externum ad credendum, quod dendum.
inordinate desiderabat, misericorditer præbet. Nec tamen
tunc dicit, *Infer digitum tuum huc*, &c. quia volo ut credas,
quasi voluntate absoluta Christus Thomam credere volue-
rit; sed ait ei, *Noli esse incredulus, sed fidelis*: id est, me tibi ar-
gumentum, quod postulasti, iam præbente, depone hanc ma-
lam voluntatem & duritatem cordis, conuerte cor tuum ab
incredulitate ad fidem. Quod cum Thomas per Christi in-
ternam gratiam cum illo congruenti medio coniunctam fer-
eisset (congruenti dico quoad infirmitatem Thomæ, & duri-
tiam cordis eius) dicens clara voce, *Dominus meus, & Deus*
meus, Christus ut eum credidisse affirmat, fidemque acceptat;
sic eius cordis duritatem reprehendit dicens, *Quia vidisti me,*
Thoma, credisti, id est, poruisti absque hac vihone & oculari
argumento meam resurrectionem credere, ex sufficiēti gra-
tia mea, & sufficienti testimonio condiscipulorum tuorum,

sed tu nisi per tale medium credere noluisti. Beati, id est, multò magis beati sunt, qui non viderunt & crediderunt, id est, ex solo auditu & gratia mea interna fidem conceperunt, suāmque ad credendum voluntatis assensum dederunt.

28. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.

Ex hac nobili Apostoli Thomæ confessione, & tertiū sui ipsius correctione, qua Deum & Dominū suum Christum confessus, eum diuina sua virtute resurrexisse proficer (quod anteā credere noluit) putidi cuiusdam sui erroris firmamentum colligit Caluinus, fidem videlicet. quam non nisi electorum esse vult, in ipsis electis nunquam extingui, ideoque Thomæ fidem nunquam excidisse, sed soplitam tantum ad tempus ac suffocatam fuisse. *Hac (inquit) tam subita accidit, maria fidei non prorsus fuisse in eo extinctam demonstrat, quam fides à Caluino suffocata esset: non enim Christi diuinitatem in eius latere uno impie vel manibus attrectat, sed ex signis illis multò plus caligine stabilita ostendat. Vnde hoc, nisi quia repente ex oblitione & interno ad seipsum reddit? Ergo verum esse apparet quod iam dixi fidei, qua abolita videbatur, latuisse velut obrutam in eius corde. Ecce iterum hoc ipso in loco nimium sibi indulgens Caluinus, & ex proprio sensu sapere volens, verbo Dei locum nō relinquit. Aperte enim docet Scriptura hanc Euangelica, aperte Patres confirmat, Thomam incredulum fuisse & infidelem. Alii Christus: *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Iam ergo fides resurrectionis Dominicæ, & diuinitatis Christi, qua possit resurgere, Thomas non habuit. Erat incredulus, non fidelis ait Christus: Erat fidelis, & fides in eo extincta & abolita erat, ait Caluinus. Et vide adhuc quomodo Christo contradicit in argumento erroris sui quod adfert. Non enim (ait Caluinus) diuinitatem in eius manibus ac latere attrectat. At Christus contrarium disserit docuit: *Quia vidi te me, Thomas, credisti: id est, ex visu & contactu corporis mei, me Dominum ac Deum tuum credis.* Non quidem in illo Christi corpore attrectauit Deum, sed ex illo Christi corpore rediuiuo argumentum cepit credendi Deum. *Qui per visibilia huius mundi inuisibilia Dei cognoscunt, sempiternam quoque eius virtutem ac diuinitatem,* in huius mundi creaturis Deum non attrectant, sed per illa media & argumenta ad fidem in Deum attestantur. Thomas hoc loco quod Deum ac Dominum suum Christum*

Rom. 1.

Caluinus
Christo co-
tradicit.

